BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 205
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Et quomodo coartor usque dū perficiatur.

Quidam codices habent & quomodo angor tanta itaque dñi dignatio est ut infunden de nobis deuotionis & consumandae perfectionis in nobis & maturandae pro nobis studiū passionis suae in esse testetur. quicum in se nihil habuerit quod doleret & nr̄is tamen angebatur si uel coartabatur erumnis & subtem pore passionis mestitiā praetendebat quam non ex metu mortis suae sed ex morte nostrae redemptionis ad sumpserat. iuxta qd̄ ait. & quomodo angor usque dum perficiatur utique qui usque ad perfectionem angitur de perfectione securus ē.

Putastis quia pacem uenit dare in terram. non dico uobis sed separationem.

Quomodo post baptisma suae passionis post ignis spiritalis aduentum terrae sit arsurae declarat. Si quidem ad fidem xp̄i totus orbis contra se diuisus est una quaeque domus & infideles habuit & credentes & propter ea bellum missum est bonum utrum pereat pax mala quod & esaias sub typo aegypti prophetiae praecinuit dicens. ecce dn̄s ascendet super nubem leuem & ingredietur aegyptum & mouebuntur simulacra aegypti a facie eius & cor aegypti tabescet in medio eius & concurrere faciam aegyptios aduersus aegyptios his uidelicet contra fidem illis pro fide dimicantibus.

Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi tres in duo & duo in tres diuidentur.

In duo & in tres contra duo & contra tres significat. & notandum quomodo quinque diuisos dicat cum uideatur personarum sex subiecisse uocabula patris scilicet & filii matris & filiae socrus & nurus. Intellegendum que eandem socrus quam matris nomine designatam quamque mater est filii ipsa & socrus est uxoris eius. Ideoque illa ipsa & in filiam suam & in nu rum dicitur esse diuisa. quas si quis diuisiones & iam allegoricae quaerat interpretari. tres in duo & duo in tres diuiduntur. quia boni malis & malis bonis sentiunt atque agunt aduersa. Tria namque ad eos qui fidem summae trinitatis seruant pertinere nemo qui dubitet. Duo quoque illis congruere quia fide unitatis dissentiunt. & multis scripturarum locis & ibi maxime probatur quod & in munda in arca animalia sub hoc numero retinentur & sola in genesi secundi diei operae uisa adō quia bona sit non dicitur.

Pater in filium & filius in patrem suum.

Pater hic diabulus est cuius aliquando filii non illo creante sed nobis imitantibus eremus. uos ex patre diabulo estis sed postquam uocem monentis audiuimus obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Uenit ignis ille id est